Profugij mihi aut opum copiam comparem aut expetam ·
Tanta factiſ modo mira miriſ modiſ intuſ uidi nouam
Atq; integram audaciam caue tibi cleoſtrata abſcede
Abiſta obſecro ne quid in te mali faxit ira percita
Eripite iſti gladium quae ſui impoſ eſt animi
Sta Nam quid eſt qđ hec huc timida atq: exanimata exilivit foraſ
Pardiliſca · Par perij unde meae uſurpant aureſ ſonitum .
Sta Reſpice modo ad me · Par here mi · Sta quid tibi ē ·:
Quid timida eſ · Par perij · Sta quid perijſti ·: Par perij
Et tu periſti · Sta aperi quid tibi · Par ve tibi · Sta immo iſtuc tibi ſit
Par Nenat amabo tene me · Sta quicquid eſt eloquere mihi cito
Par Contine pectuſ · face uentum amabo pallio · Sta timeo
Hoc negotium quid ſit niſi hec mera gloſe uſpiam percuſſit flore libico
Par Obtine aureſ amabo · Sta in malam crucem pectus aures
Caput teq: dij perdiunt nam niſi ex te ſcio quicquid hoc
Scito iam iſtuc cerebrum tibi diſpartiā execratum
Ludibrio peſſuma adhuc q̄ me habuiſti · Par here mi
Sta Quid uiſ mea ancilla · Par nimium feuiſ · Sta num hero dicis ·:
Sed hoc quicquid eſt eloquere in pauca refer qđ intus tumulti fuit ·:
Par Scibiſ audi malū peſſumumq; hic modo intus apud nos
Tua ancilla hoc pacto exordiri coepit · qđ haud ęticam
Condecet diſciplina · Sta quid ē id ·: Par timor prępedit dicta linguę
Sta Quid eſt · poſſum ſcire ego iſtuc ex te quid negocij ſiet · Par dicam
Tua ancilla quam tuo uillico viſ dare uxorem ea intuſ
Sta Quid intus ·: quid eſt · Par imitat malarum malam diſciplinā viro ſuo ·
Sta Quę interminatur uitā · Sta qđ ergo · Par ab ·
Sta Quid ē · Sta interimere ait velle uitam gladio
Sta Hem · Par gladium · Sta quid eum gladium · Pa hŧ · Sta hei miſero mihi
Quor eum hŧ · Par inſectatur omnis domi per ędeſ
Neque quenq̄ prope ad ſe ſinit adire ita omniſ ſub archis
Sublectis latenteſ metu muſſitant · Sta occidi atq; interij
Quid illi obiectum eſt malitiae repente · Par inſanit
Sta Scelestiſſimum me credo eſſe · Par immo ſi ſcias dicta q̄ dixit hodie
Sta Iſtuc expeto ſcire quid dixit ·: Par audi per omnis deos & deaſ
Deiurauit occiſurum eum hac nocte q̄ cum cubaret
Me occidet · Par an quippiam ad te adtinet ·: Sta uah · Pa quid cum ea